



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

59. Trina benedictio post consecrationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SYMBOLUM 58.

*Trina benedictio formatur ante consecrationem hisce verbis: Hostia benedicta, adscripta, rata.*

**I**udicis ad dextram benedictos sacra locabit

**H**ostia, nam tales ter benedicta, facit.

**I**nserit hos astris, hinc jure adscripta vocatur,

**A**dscribens vitæ nomina lecta libro,

**T**er benedicenda est sacratis hostia verbis,

**Q**uò fiat Triadi victima grata, rata.

## SYMBOLUM 59

*Item trina benedictio post consecrationem hisce verbis: Per Deum vivum, verum, Sanctum.*

**P**er vivum æternumque datur benedictio Patrem,

**Q**uo, semper vitæ fons, operante, fluit.

**P**er verum, Verbumque, Patris quod dignitar ore,

**Q**uo liquidum est gestis vera subesse sacris.

**P**er Sanctum, gratos animis qui depluit imbre;

**N**omina, sub Triadis Numine, pondus habent.

*N. omnes fermè cærimoniae misæ, trinitate constant, & ideo hoc sacros. Mysterium insinuant, ut oscula altarium, efformationes crucis, thurificatio &c.*

## SYMBOLUM 60.

*Tres hostiæ consecratæ sunt optima imago SSS. Trinit.*

**E**N Triados vivis expressa coloribus icon,

**H**ostia que verbis condita tria sacris.

**O**rbiculos farristernos supponimus, unum

**I**n ter distinto farre, verere D̄um.

Per-